

DE

DANORUM

Rebus Gestis Secul. III & IV.


POËMA DANICUM DIALECTO ANGLOSAXONICA.

EX BIBLIOTHECA COTTONIANA MUSAEI BRITANNICI

edidit versione lat. et indicibus auxit

Grim. Johnson Thorkelin. Dr. J.V.

Eques Ord. Danebrogici auratus. S. R. M. a Consiliis Status. Arcanis Regni Scriniis Præfectus. Regiis Legati Arna-Magnæani Curatoribus a Literis. Regiar. Societ. Scient. Havniens. et Islandicæ. Antiqvarior: Londinens. et Edinburg. necnon Academiæ Reg. Hibernicæ sodalis etc.



Havniæ Typis Th. E. Rangel.

MDCCCXV.

ILLUSTRISSIMO HEROI

DOMINO JOHANNI DE BÜLOW,

DYNASTÆ SANDERUMGAARDI,

EQVITI MAGNÆ CRUCIS DANEBROGICÆ,

COMMENDATORI STELLÆ POLARIS,

S. R. M. INTIMO CONFERENTIÆ CONSILIARIO,

ETC. ETC. ETC.

GRIMUS JOHNSON THORKELIN.

S.

Cui, potius, qvam Tibi, Mæcenas optime! opus hoc inscriberem, prædem meæ perpetuæ in Te venerationis et testem gratæ mentis? Etenim Tu, et præsidium meum, mearumqve columen rerum multis fuisti annis, et Tuis auspiciis Tuaqve munificentia fecisti, ut in dulcissimam patriam nostram monumentum, qvod suum ante plus qvam mille annos fuit, postliminio rediret. Qvoties igitur, dum in præterita redeo, et animo præsentia lustro, non possunt non Tua in me beneficia ante oculos versari: qvæ si publice non profiterer, foedæ oblivionis notam nulla posset dies delere.

Ego sane hanc mei in Te studii et amoris omnibus probandi occasionem nolui amittere. Cæterum Te, etiam atqve etiam rogo, velis Scyldingorum promeritas virtute laudes, qvas alioqvin nox æterna premeret, eadem facilitate admittere, qvâ me olim in Tuam clientelam suscepisti.

Faxit Deus ter opt. max., ut vitæ longam inoffenso pede teras orbitam, tardaqve sit illa dies, qvæ Te in publica commoda natum reposcet ad debita virtutis Tuæ præmia. Havniæ die I Mensis Maii Annó MDCCCXV.

LECTORI SALUTEM.

Inter omnia monumenta veteris orbis Danici, qvæ tempus edax rerum nobis reliqvit, admirabile de Scyldingis Epos publici nunc juris factum eminet. Habemus enim hic irriguos fontes, unde religionis poëseosqve notitia, et gentis nostræ rerum seculis III et IV gestarum series deduci possit. [1])

Honorificam sane hujusce monumenti at minus accuratam mentionem fecit Georgius Hickesius, vir sanctissimus et philologiæ antiqvi orbis borealis stator venerabilis in suo Thesauro antiqvitatum septentrionalium Tom. I. p. 218. Ex prologo et ode prima carminis, spesiminibus allatis, suum dat judicium. «In «hoc, inqvit, libro, qvi poëseos Anglosaxonicæ egregium est «exemplum, descripta videntur bella, qvæ Beowulfus qvidam «Danus ex Regia Scyldingorum stirpe ortus gessit contra Sveciæ «Regulos." Res hæc albo rarior corvo, non potuit non in viris

[1]) Confr. P. Fr. Suhms Tabeller over den Cristiske Historie af Danmark. Kiöbenhavn 1779. fol. Tab. XIV. Ejusdem Udtog af Danmarks, Norges og Holsteens Historie. Tab. B. Kiöbenhavn 1814.

amore patriæ, et eruditione spectatissimis Arna Magnæo, Jacobo Langebechio et Petro Frederico Suhmio antiqvitatum et Historiæ nostræ instauratoribus, vindicibusqve felicissimis, aviditatem excitare apographi potiundi. At frustra id expetivit deliciarum patriæ dicta trias. Nec potuit Hermannus Treschovius noster insigne, dum viveret, Musarum decus, et magnæ vir auctoritatis apud Anglos, sibi hospitii jure conjunctos, hac in re aliqvid obtinere.

Via tandem mihi data fuit ad desideratum nimis diu divini vatis Danici incomparabile opus. Arcta etenim, qvæ nos et Britannos intercessit amicitia, me allexit, ut, clementissime annuentibus Augustissimis patriæ patribus CHRISTIANO VII. et FREDERICO VI. iter in Britanniam anno seculi præteriti LXXXVI. ad thesauros bibliothecarum Albionensium perscrutandos facerem. Ut sunt Britanni ad studia literarum, et humaniorum disciplinarum nutrienda, fovenda, et promovenda proclives, promti, alacres, ultra mihi singulari benignitate et erga me benevolentia, viaticas ad Eminentissimum et reverendissimum Dominum JOHANNEM MOORE Archiepiscopum Cantuariensem et Primatem totius Angliæ, nunc inter coelites: Dominum JOSEPHUM BANKS Baron. S. R. M. B. a Consiliis sanctioribus, Eqvit. Ord. Bath. R. S. Scient. Lond. Præsidem, et Domin. GEORGIUM DEMPSTERUM Senatorem Magnæ

Britaniæ et Ord. eqvestris Sti Andreæ secretarium, literas mihi obtulerunt Heroes illustrissimi, Dominus MORTONUS EDEN Baro de HENLEY Eqv. Ord. Bath. et Dominus JOHANNES SINCLAIR Baron. Dynasta Castelli Thorsaensis et Collegii agricolaris Præses. Qvorum omnium in me merita venerabunda et grata mente nunqvam excident. Hac re factum est, ut a Curatoribus, Musæi Britannici, aliarumqve Bibliothecarum, potestas mihi data sit inspiciendi, tractandi, et exscribendi omnia, qvæ rebus Danicis lucem affere possent manuscripta. Ad qvam rem conficiendam viri nostro præconio majores Josephus Planta et Richardus Southgate dicti Musæi Brit. præfecti in me sua officia humanissime contulerunt. Optimo igitur successu et uberrimo cum fructu domum reversus sum, et in patriam una Epos, qvod suum olim fuerat, post plus qvam mille annos postliminio rediit.

Qvod autem ad Scyldingidem nostram attinet, eam vere Danicam esse, nemo non ibit inficias, qvi observaverit auctorem rerum a Regibus HRODGARO, Beowulfo et Higelaco gestarum oculatum fuisse testem, et in Beowulfi exseqviis encomiasten adfuisse. Cecidit autem Beowulfus in Jutia anno æræ nostræ CCCXL. [2]).

[2]) vid. P. Fr. Suhms Geschichte der Dänen von Fr. Dav. Græter, Leipzig 1803, 1 B. 1 Abth. p. 232.

Igitur hercle miror Hickesium Anglosaxonibus tribuisse carmen, qvod vates Danus Appolinis hyperborei igne calefactus fudit. At seduxit virum integerrimum externa rei facies. Eqvidem non bene meminit lingvam, qva ante Wilhelmum I. utebantur Angli, fuisse communem tribus septentrionis populis, qvi vocati uno nomine Dani, omnes ore eodem dialectice solummodo differente loqvebantur. [3]) Hujus si vel aliunde auctoritas nulla peti posset, plena sane hic in aprico cubat. Epos etenim hoc, qvale id nunc habemus, evidenter docet, idioma Anglosaxonicum esse revera Danicum, qvod Islandi extra solis vias fere jacentes hodiedum servant purum, et studiose colunt. Qvi de hac veritate dubitaverit, utinam Scyldingidem cum Sæmundi Edda, Olavi Thordarsonii Scalda sive Arte poëtica, aliisqve Islandorum scriptis antiqvis conferre velit; et habebit operæ pretium invenisse, qvod vocabula utrinqve sint eadem.

Qvomodo autem poëma nostrum ad Anglos iter invenerit, haud facile dicam: conjecturis autem sicui libuerit argumenta superstruere, non longe a vero aberrabit, si crediderit ÆLFREDUM

[3]) vid. Pauli Vidalini de appellatione Lingvæ Septentrionalis Dönsk Tunga, i. e. Lingva Danica commentationem, Gunnlogi Ormstungæ Sagæ subnexam, Havn. 1775 p. 220. confr. Joh. Grammii dissertationem de Lingva Danica ope idiomatis Anglosaxonici explicanda, inter in Acta Regiæ Societatis Scientiarum Havn. Tom. V. p. 129.

Magnum, Regum decus et exemplar divini vatis Danici opus in suam clientelam suscepisse. Notum est Monarcham hunc, curantem qvidqvid Rege bono et sapiente dignum sit, in Septentrione nostro heroica collegisse [4]) undeqvaqve carmina, ea dialecto Anglosaxonicæ adaptasse, memoriter didicisse, et ut idem, sui facerent aulici, jussisse. Ipse exotica eruditorum virorum scripta in linqvam vernaculam transtulit, et de suo varia interspersit, qvæ legisse neminem poenitebit. Instar omnium sunto Boëtii liber de Consolatione Philosophiæ, et Orosii Historia: illum narratione de carcere Boëtiano auxit, hanc periplo Otheri et Wulfstani adornavit. [5]) Nemo sane isto ævo de Aqvilone nostro, et de rebus Danicis accurata magis, qvam Rex ÆElfredus cognitione imbutus fuit. Apum vice fungens Rex annoso mytharum cyclo, ex qvo Sæmundus presbiter suam conflavit Eddam, operam haud

[4]) vid. Asserii Menevensis Vita ÆElfredi Magni. c. 16 et 43.

[5]) Otheri et Wulfstani Peripli variæ sunt editiones. sc.

1. Henric. Spelmanni in Appendice VI. ad suam ÆElfredi Magni Vitam. Lond. 1678. fol. pag. 205.
2. Andr. Bussæi. Havn. 1733. 4to.
3. Jac. Langebechii inter Scriptores rerum Danicarum Tom. II. pag. 106—123. fol.
4. Dan. Barringtonii in Orosio, edito Anglosaxonice. Lond. 1773. 8vo.
5. Henric. Porthanii cum notis et versione Svecica doctissimo viro dignis inter Kongliga Vitterhets Historie och Antiqvitæts Academiets Handlingar. Vol. VI. p. 37—105. Stokholm 1808. 8vo.
6. Th. Turners History of the Anglosaxons. Tom. III. p. 285—301. Lond. 1808. 8vo.

levem dedit: unde qvæso alias Regi admiratio Welandi, nasci potuit. [6]) Qvidqvid sit, divina certe Danici vatis indoles

Exegit monumentum ære perennius
Regaliqve situ pyramidum altius;
Qvod non imber edax, non aqvilo impotens
Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series, et fuga temporum.

At dicet qvis epos hoc non esse genuinum, utpote refertum Christiana de summo unicoqve Deo doctrina. His respondeo: nihil hic aliud legi, qvam qvod omnis sapientiæ promus condus, Iliados et Odysseæ immortalis author docuit, et post eum Siren Romana [7]) de natura Deorum scripsit. Uterqve cum Eddis nostris et poëtis antiqvissimis hac in re optime consentit. Jovem, principem omnes qvidem poëtæ esse volunt, sed *falluntur in nomine.* Igitur cum Minutio Felice vere dicere possumus: poëtas nostros unum patrem divum atqve hominum prædicantes talem esse velle. Etsi igitur sunt plures dicti dii, tamen pater Deum hominumqve ex mente eorundem, est unus et supremus Deus. Ego qvidem non vereor asserere, hic Religionem Christianam nil sapere, nisi

[6]) vid. Indicem nominum propriorum infra in Welando.

[7]) Jsocrates propter svavitatem orationis Siren Attica dictus fuit: qvidni igitur Ciceronem Sirenem Romanam appellare liceat.

more ÆElfrediano irrepsisset fratrum Abelis et Caini, hujusqve posterorum Jutorum, gigantum, diluvio excisorum, satyrorum monstrorumqve mentio. His, si mavis, adde suspirium de Danorum ignorantia Dei; de cultu Odino sacro [8]); et paganis [9]) animabus inferno devotis. Cætera de creatione mundi relata nihil aliud continent, qvam qvæ coram Didone et Ænea

Cithara crinitus Jopas

Personat aurata, docuit qvæ maximus Atlas [10]).

Et qvæ postea Anchises filio fuse pandit [11]). Idem porro dicendum est, de divina animæ origine; ejus post mortem statu; supremo judicio; justorum præmiis; sceleratorum poenis, et id genus aliis, qvæ vates noster tradit. Omnia hæc nituntur doctrina, qvam ex Eddis aliisqve poëtarum borealium carminibus eruendam, cum Græcis, Romanisqve philosophis cordatiores orbis nostri incolæ communem fovebant [12]).

8) pag. 16. 63.

9) Paganis animabus. A. S. Hæþen sawle p. 163. Hæþen gold paganum idolum. 17. Hic observandum Hæþen, Isl. Heidinn significare Barbarum, qvisqvis ille fuerit, alienos colentem Deos, ab Odinianis diversos. Qvo sensu Heidingi in Oda de Atlone Eddica sumitur. conf. poëma nostrum p. 66. 76. 170.

10) Æneidos Libr. I. v. 740.

11) Æneid. Libr. VI. v. 724.

12) vid. Præfationem ad Sæmundi Eddam. Havn. 1786. p. XVI. confr. viri Magnifici et reverendissimi Petri Erasmi Mulleri Afhandling om Aselærens Ægthed, Kiöbenhavn 1812. 8vo.

Dixi supra venerabilis Hickesii judicium de summa carminis nostri claudicare. Illius heros solus est Beowulfus, editus sane Regibus, etenim Scylfingus erat ex Regis Sveciæ filia. Bella qvidem gessit, sed omnia pro suis Gothis et eorum amicis.

HRODGARUM Hickesius nescit Scyldingorum Regem. Erat ille

Αμφοτερον βασιλευς τ' αγατος κρατερος τ' αιχμητης.

Fuit aliis una et vetus causa bellandi, profunda cupido imperii et divitiarum. HRODGARO longe alia mens fuit. Ut suos ille subditos protegeret, posteris firmam redderet pacem, et libertatem daret mari, necessum habuit arma ferre in Jutos; et horum socios Frisones, populos immanes, duros, feros, barbarosqve, qvi tam fidei et honestatis, qvam humanitatis et religionis expertes nihil non ad effrænatæ libidinis sugestionem gerebant. Multa igitur Regi optimo pericula domi, militiæ multa adversa fuere, qvorum omnia Deorum auxiliis et virtute suâ superavit: inqve his omnibus, neqve animus negotio defuit, neqve decretis labos. Malæ secundæqve res opes, non ingenium mutabant. Qvod bonum, faustum, felixqve esset populo Danico, semper ante oculos habuit, et jugiter in id ferebatur, ut Jutos et Frisones Scyldingis conjungeret, horum plebi civitatem daret, primores in patres legeret, unam gentem, unam rem publicam faceret. Ita

qvondam in plures gentes divisa res, in unam tandem ivit. Cæterum imago consuetudinis et vitæ HRODGARI Regis ita constituta est, ut eâ, cev speculo omnis possit ætas uti. Fuit enim modestus, prudens, gravis, temporibus sapienter utens, peritus belli, fortis manu, animo maximo, clemens, patiens, amicus constans: et illi ante omnia dulces erant musæ. Longa permensus diu felicis ævi spatia tandem petiit læta felix nemoris Elysii loca.

HIGELACUM itidem, Gothorum Regem optimum Hickesius tacet. Princeps ille hoc habet magnificum et ingens, nulla qvod rapiet dies, credidisse, qvod Regibus tuenda maxime sit Regum Salus, et amicum se gessisse Scyldingis integerrimum. Qva re, dum sic optimorum Regum, eorumqve encomiastis admiratione adfectus sum, et pectus magnarum rerum, et sublimium sententiarum spiritu incaluit, constitui apud me divinum Daniæ vatem coram sistere. Qvæcunqve igitur possent hoc meum negotium adjuvare, comparare coepi, magnamqve librorum copiam unde qvaqve congessi, qvorum opera carmen aggrederer. In hoc me sedulum ita gessi, ut opus totum anno MDCCCVII confecerim idem brevi editurus.

Interim

Hostis habet muros,

Et — — considet in ignes

Divum antiqva domus sævo ter incluta bello
Havnia.

O! luctuosos dies illos (qvorum acerba recordatio veteres animi curas, infandosqve dolores renovat) qvi me lauto orbarunt lare, et tota supellectile literaria, qvam per triginta et amplius annos impiger collegeram. Periit isto excidio Scyldingidos mea versio cum toto apparatu suo: et periisset æternum una animus eam iterandi, nisi Heros illustrissimus JOHANNES BULOWIUS, dynasta Sanderumgaardi exhortatus fuisset me, consiliis et ære suo adjutum, opus iterum incoare, ut publicam videret lucem. Verum rei gravitas a tam difficili negotio me diu deterruit. At vicit amor patriæ et auctoritas Mæcenatis optimi, cujus magnificam ac singularem in doctis hominibus fovendis, juvandis, et ad præclara studia erigendis indolem sancte colo. Qva re factus audacior novam interpretationem, infelici augurio olim exactam, melioribus avibus de novo susceptam molitus sum, et tandem consummavi.

Qvid autem in hoc opere præstiterim, ordine exponam.

Unicum, qvod novit orbis literarius, hujus carminis exemplar membraneum formæ qvartæ, sexaginta novem foliis constans superest in Bibliotheca Cottoniana Musei Britannici, notatum Vitell. A. IX.

Huic vero codici, cum plurimis veterum scriptis id commune est, qvod auctorem non profiteatur suum, nullam enim

Inscriptionem præ se fert. Vatem igitur, qvi fortes heroum animas belloqve peremtas, laudibus in longum dimisit ævum, explorare et notum facere, idem foret, ac cum Sisipho saxum volvere. Dum itaqve Scyldingi per ora virum æterna seculorum serie volitant, Poëta noster illacrimabilis urgetur ignotusqve longa nocte.

At Non omnis moritur, multaqve pars sui
Vitabit libitinam, usqve ille postera
Crescet laude recens, dum aqvilonia
Librat regna genus nobile Scyldingum.

Variis proh! dolor lacunis dehiscet codex, qvas illi partim vetustas temporis, qvæ ad initium Seculi X ascendit, ut me docuit vir harum rerum sagacissimus, mihiqve, dum vixit, amicissimus Thomas Astle, tabulario Status arcano præfectus: partim incendium Westmonasterii die 23 Octobris MDCCXXXI ortum Bibliothecæ Cottonianæ valde noxium intulere. [13]) Qva re folia Manuscripti plurima ignis æstu, immissa machinis hydraulicis aqvâ et remissiore siccationis cura adeo corrugata et carbonis instar fragilia facta sunt, ut explicari neqviverint absqve insigni detrimento. Improbo igitur labore textum ex autographo fideliter, qvoad fieri

[13]) vid. Report to the House of Commons by a Committee appointed to enqvire into the loss, which the Cottonian Library sustained through te fire at Westminster on the 23 of Octobr. 1731. fol.

potuit, exscripsi; et vetuit religio, aliqvid mutare, demere, addere, aut odas XXIX et XXX, qvas cum XXVIII, nescio qva ratione ductus scriba conflavit, a se invicem disjungere. Nihilo tamen minus nostri id officii erat, ut poëseos ratio et forma rite exhiberetur, divisis scilicet ac distinctis versibus, qvi in membrana continua linearum serie exarati parca æqve ac vitiosa interpunctatione latent. Cæterum in textu edendo ita versatus sum, ut ab autographo, et vago scribæ pro more sui seculi orthographiæ mirum negligentis, et alia absurde, alia violenter detorqventis [14]) literarum usu ne ungvem latum recedere tutum duxerim. Qvo factum est, ut crebra hic appareat vocalium permutatio, et multum uberior consonantium varietas. Utræqve freqventer arbitrio librarii mutuas, sed absqve recta ratione subeunt vices mutatæ, additæ, sublatæ. Hinc vocabula haud pauca plures, easqve

[14]) Sic voces simplices in binas pluresqve freqvens secat partes, posteriorem inseqventi addit, et plures innumeris in locis conjungit ex. gr.

Hwæt we gar de na, pro Hwæt wegar Dena. Huþa, pro hu þa. þagen, pro þa gen. þehene, pro þe he ne. Mæ ton stræ ta brug don, pro mæton stræta brugdon. Swageweal dene, pro swa gewealdene. Dæl deaþe, pro dælde a þe. Seledynede, pro sele dynede. Beo rhte, pro beorhte. Ons prungon, pro onsprungon. þætþeþeodnes, pro þæt þe þeodnes. Heþeeal, pro he þe eal. Onfen, pro on fen. On sendon, pro onsendon. etc. Auget etiam confusionem arbitrarius literarum usus qvo unam pro altera, constituit scriba. Pro litera þ et d transfixa, d simplicem haud raro adhibuit in initio et medio vocum.

diversas significationes admittunt [15]. Fateor autem me pro ultima litera tertiæ personæ præsentis temporis indicativi activi singularis numeri, pro d transfixa adhibuisse þ. Et qvanqvam bene noverim, litem versari inter doctos, utrum conjungendæ sint voces, an sic scribendæ, ut non compositæ ex duabus, sed plane simplices esse appareant, in aliqvot locis compositas voces disjunxi experientia doctus, disjunctis ad elementa facilius ferri; etenim ex his dependet judicium et scientia.

Poëtam nostrum ejusqve periphrases verbo ad verbum reddere conatus sum, qva in re, si ubivis lectori non satisfecerim, eum spero benevole condonaturum fore mihi, cui cum maxima characterum confusione, et significationis vocum ambiguæ, vagæ, et sibi sæpe invicem oppositæ salebrosa varietate conflictari necessum fuit.

Colophonis loco subjunxi:

1. Indicem rerum et antiqvitatum observationibus aliqvot meis auctum.
2. Indicem nominum propriorum.
3. Specimen Indicis poëtici, qvo synonyma ordine alphabetico, collatione cum carminibus Eddicis et lingva Islandica instituta, exhibentur.

[15]) Horum exempla luculenta attulit doctissimus Edwardus Lye in sua Grammatica Franc. Junii Ethymologico præfixa, Oxoniæ 1743.

Hoc autem specimen in eorum gratiam scripsi, qvi cupiverint veteris lingvæ Danicæ et copiam, et ejus originem, Anglis, Danis, Islandisqve communem cognoscere.

Qvo successu destinata perfecerim, aliorum est judicare; non meum commendare. Id hoc unum citra jactantiæ notam credo affirmari a me posse, me operosum sat laborem sustinuisse. Mihi satis est annis et valetudine adversa fracto prodiisse tenus. Ultra utinam, prodeant patriæ deliciæ, musarumqve ocelli Birgerus Thorlacius, Erasmus Petrus Mullerus, Johannes Mullerus et Laur. Engelstoftius historiæ et antiqvitatum septentrionalium vindices felicissimi, qvi huic poëmati majus, certiusqve lumen afferent.

Scripsi Havniæ die 1 Maii MDCCCXV.

Grimus Johnson Thorkelin.

Corrigendum in præfatione.

Pag. X. Lin. 2. pro Appolinis, l. Apollinis.

DE

DANORUM

REBUS GESTIS

SEC. III ET IV.

POËMA DANICUM DIALECTO ANGLOSAXONICA.

Pareat æternum SCYLDINGIS arcticus orbis:
Hos patriæ venerare patres dum tempora Titan
Dividit, et donec solventur vincula rerum.
Di Daniæ perdant hostes, qvos dira cupido
Lædendi incendit; meritis feralis Erennys
Assvetos fraudi comitator prompta flagellis.

G. J. Thorkelin.

Hwæt wegar Dena
In geardagum
Þeod cyninga
Þrym gefrunon
Hu þa æþelingas
Ellen fremodon.
Oft Scyld Scefing
Sceaþen þreatum
Monegum mægþum
Meodo setla ofteah
Egsode. Eorl
Syþþan ærest wearþ
Feasceaft funden
He þæs freofre gebad.
Weox under weolcnum
Weorþmyndum þeah
Oþ þæt him æghwylc
Þara ymbsittendra
Ofer hronrade
Hyran scolde

Quomodo Danorum
In principio
Populus Regum
Gloriam auxerit,
Quomodo principes
Virtute promoverit.
Sæpe Scyldus Scefides.
Hostes turmis,
Multis nationibus
Dignas sedes auferens
Terruit. Dux
Postquam fiebat,
Miseris obviis
Solatium mansit.
Crevit sub nubibus,
Honore viguit,
Donec illi qvilibet
Accolarum
Ad cetorum vias
Suum cogeretur

Goban gyldan	*Tributum solvere.*
Þæt wæs god cyning.	*Ille fuit bonus Rex.*
Þæm eafera wæs	*Illi hæres erat*
Æfter cenned	*Postea natus*
Geong in geardum	*Filius, in mundum*
Þonne God sende	*Quem Deus misit*
Folce to frofre	*Populo in solatium*
Fyren þearfe ongeat	*Hominum commoda noscens.*
Þe hie ær drugon	*Eum mature fecerunt*
Aldor	*Regem . . . . .*
Longe hwile	*Longo tempore*
Him wæs lif frea	*Illi fuit vita prospera*
Wuldres wealdend	*Gloriâ macta*
Worold are forgeaf.	*Mundum antequam relinqueret.*
Beowulf wæs breme	*Beowulfus erat celeber.*
Blæd wide sprang	*Sanguine late scaturiente*
Scyldes eafare	*Scyldi propago*
Scede landum in.	*Rigavit regiones.*
Swa sceal maþma	*Ita debes cimeliorum*
Gode gewircean	*O Rex efficere*
Fromum fegiftum	*Præstantibus donis*
On fæder þina	*Patribus (oblatis) tuis,*
Þæt hine on ylde	*Ut juvenes*
Eft gewunigen	*Post assvefiant*
Wil gesiþas	*Seqvi duces,*
Þonne wig cume	*Ubi bella venerint.*
Leode gelæsten	*Populus perseqvitor*
Lof dædum sceal	*Laude res gestas.*

In mægþa gehwære	*Æterna*
Man geþeon.	*Virtute mactas.*
Him þa scyld gewat	*Ubi discedendum erat,*
To gestæp hwile	*Veniente tempore*
Fela hror feran	*Multi sponte ibant*
On frean wære	*Super liberum æqvor.*
Hi hine þa ætbæron	*Satellites convenere*
To brimes waroþe	*Ad maris litus:*
Swæse gesiþas	*Dulces comites*
Swa he selfa bad	*Sic ipse rogaverat.*
Þenden wordum weold	*Dum verbis rexit*
Wine Scyldinga	*Amicos Scyldingorum*
Leof landfruma	*Dilectus Patriae Pater*
Longe ahte	*Diu floruit.*
Þær æt hyþe stod	*Ibi ad portum stetit*
Hringed stefna	*Virorum cohors*
Isig and utfus	*Expedita et itineris avida*
Æþelinges fær,	*Principis socia,*
Aledon þa	*Duxerunt tunc*
Leofne þeoden	*Dilectum dominum,*
Beaga bryttan	*Annulorum divisorem*
On bearm scipes	*In gremium navis*
Mærne be maste	*Prope ad malum.*
Þær wæs maþma fela	*Ibi fuit thesaurus multus*
Of feor wegum	*A remotis locis*
Frætwa gelæded.	*Cimeliorum illatus.*
Ne hyrde ic cymlicor	*Non audivi qvibus*
Ceol gegyrwan	*Navis instructa (fuerit)*

Hilde wæpnum	*Bellonæ armis*
And heaþo wædum	*Et pretiosis vestibus.*
Billum and byrnum	*Securibus et loricis.*
Him on bearme læg	*In sinu navis jacuere*
Madma mænigo	*Cimelia multa,*
Þa him mid scoldon	*Qvæ una*
On flodes æht	*In flumineo curru*
Feor gewitan.	*Longe aveherentur.*
Na læs he hine	*Neutiqvam alias (naves)*
Læssan lacum teodan	*Minoribus muneribus onerari*
Þeod gestreonum	*Gens pretiosis*
Þonne þa dydon	*Tunc fecit,*
Þa hine æt frum sceafte	*Qvas ab initio*
Forþ onsendon	*Exinde ablegavit.*
Ænne ofer yþe	*In una undis*
Umber wæsende	*Rate innatante*
Þa gyt hie him asetton	*Deinceps erexerunt*
Segen geþenne	*Aplustre expansum.*
Hea ofer heofod	*Altum super capite*
Leton holm beran	*Fecerunt id salo ferri.*
Geofon on garsæg	*Intrantibus oceanum*
Him wæs geomor sefa	*Moestus erat animus.*
Murnende mod	*Afflicto pectore*
Men ne cunnon	*Viri non potuerunt*
Sægan to soþe	*Dicere pro vero*
Sele rædenne	*Felici conjectura,*
Hæleþ under heofenum	*Heroës sub coelo*
Hwa þæm hlæste onfeng.	*Qvinam hæc brabea reportarent.*

I.

Þa wæs on burgum
Beowulf Scyldinga
Leof leod cyning
Longe þrage
Folcum gefræge
Fædor ellor hwearf
Aldor of earde
Oþ þe him aft onwoc
Heah Healfdene
Heold þenden lifde
Gamul and guþ reouw
Glæde Scyldinga
Þæm feower bearn
Forþ gerimed
In worold wocon
Weorada ræswa
Heorogar and Hroþgar
And Halga til
Hyrde ic þæt Elan
Cwen heaþo Scyfingas
Heals gebedda.
Þa was Hroþgare
Here sped gywen
Wiges worþmynd
Þæt him his wine
Magas georne hyrdon

I.

Tunc erat in urbibus
Beowulfus Scyldingorum
Amor, populi Rex:
Longo tempore
Subditorum pius
Pater. Alio discessit
Senex ex mundo,
Dum illi post nasceretur
Sublimis Healfdanus.
Regnavit, dum vixit,
Annosus; At bellum abstulit
Delicias Scyldingorum.
Illi qvatuor liberi
Ultro numerati.
In mundo coëgerunt
Exercitus potentes
Heorogarus et Hrodgarus
Et Halgus bonus.
Audivi, qvod Elena,
Regina celsi Scylfingorum
Principis (fuerit) consors.
Tunc fuit Hrodgaro
Exercitus mature datus.
Ducis insignia
Illi ejus amici
Consangvinei libenter optarunt

Oþ þe seo geogoþ	*Ut juveni*
Gewox mago-driht	*Crevit familia*
Micel him on mod bearn	*Magna, illi in mentem venit,*
Þæt heal reced	*Ut aulam ædificari*
Hatan wolde	*Jubere vellet.*
Medo ærn micel	*Urgebant festinanter valde*
Men gewirccan	*Homines opus,*
Þone yldo bearn	*Quod mortalium nati*
Æfre gefrimon	*Ad summum eduxerunt,*
And þær on innan	*Et ibi intus*
Eall gedælan	*Omne diviserunt*
Geongom and ealdum	*Juvenibus senibusque,*
Swylc him god sealde	*Quos deus illi tradidit:*
Buton folc scare	*Extra (fuit) populi turma*
And feorum gumena.	*Et procul vulgus.*
Þa ic wide gefrægn	*Hoc late percepi*
Weorc gebannan	*Opus celebrari*
Manigre mægþe	*In multis regionibus*
Geond þisne middan-geard	*Per hunc mundum.*
Folcstede frætwan	*Metropolim ornare*
Him on fyrste gelomp	*Illi primum obtigit.*
Ædre mid yldum,	*Confestim inter homines*
Þæt hit wearþ eal gearo	*Ista fiebat omnino perfecta*
Heal ærna mæst	*Aula ædium maxima.*
Scop him Heort naman	*Finxit illi Herthæ nomen*
Se þe þis wordes	*Ille, qui jubendi*
Geweald wide hæfde.	*Potestatem late habuit.*
He beotne aleh,	*Ille invitatos excepit.*

Beagas dælde
Sint æt symle
Sele hlifade.
Heah and horn geap
Heaþo wylma bad
Laþan liges
Ne wæs hit længe
Þa gen þæt se secg
Hete áþum swerian
AEfter wælne
Þe wæcnan scolde.
Þa se ellen gæst
Earfoþlice
Þrage geþolode
Se þe in þystrum bad
Þæt he dogora gehwam
Dream gehyrde.
Hludne in healle
Þær wæs hearpan
Sweg swutol sang
Scopes sægde
Se þe cuþe
Frum sceaft fira
Feorran reccan
Cwæþ þæt se almihtiga
Eorþan worh
Wlite beorhtne wong

Annuli divisi
Sunt in symposio.
AEdes resonabant
Sublimes, et cornu curvum
Nobilem æstum obtulit
Libati liqvoris.
Nec diu erat
Anteqvam iterum minister
Eos moneret vota nuncupare,
Post crapulas
Qvi expergiscerent.
Istum inferni spiritus
Difficulter
Ordinem rerum sustinuit,
Qvi in tenebris habitat,
Qvod die qvolibet
Jubilis audiret
Echoantem aulam.
Ibi fuit cithara,
Sonuit svavem cantum.
Poëtæ recitarunt
Qvi novere
Origines hominum
E longinqvo deductas.
Illi canebant omnipotentis
Terræ creationem:
Pulcre ornatos campos

Swa wæter gebugeþ
Gesette sige hræþig
Sunnan and Monan
Leoman to leohte
Landbuendum
And gefrætwade
Foldan sceatas
Leomum and leafum
Lif eac gesceop
Cynna gehwilcum
Þara þe cwice hwyrfaþ
Swa þa driht guman
Dreamum lifdon
Eaþiglice
Oþ þæt an ongan
Fyrene freman
Feond on helle
Wæs se grimma gæst
Grændel haten
Mære stapa
Se þe moras heold
Fen and fæsten
Fifel cynnes
Eard wonsæli
Wer weardode
Siþþan him scyppend
Forscrifen hæfde
In Caines cynne

Qvos aqva irrigat:
Positos cursu celeres
Solem et lunam
Jubare lucem dantes
Terricolis:
Et vestita
Terræ gremia
Arboribus et herbis:
Vitam insuper inditam
Cuiqve generi,
Qvod vivum movet.
Sic humanum genus
In deliciis vixit
Beatum,
Donec unus incepit
Scelera patrare
Inimicus in inferno:
Fuit ille ferox spiritus
Grendel vocatus.
Multorum milliarium
Deserta tenet
Paludes et munitiones
Qvintuplices.
Terram infelix
Homo incoluit,
Ex qvo illum creator
Ejecerat.
In Caini genere

Þone cwealm gewræcte	*Cædem ultus est*
Drihten þæs	*Dominus, propterea qvod*
Þe he Abel slog.	*Ille Abelem interfecerat.*
Ne gefeah he	*Non effugit*
Þære fæhþe	*Istius (necis) poenam,*
Ac he hine feor	*Sed eum procul*
Forwræk method	*Pepulit Deus*
For þy mane man cynne	*Per multas nationes.*
From þanon uncydras	*Ex eo ignoti*
Ealle onwocon	*Omnes nati sunt*
Eotnas and ylfe	*Jutæ et Satyri*
And orcneas	*Et monstra;*
Swylce gigantas	*Tales gigantes*
Þa wiþ gode wunnon	*Qvi contra Deum pugnarunt.*
Lange þrage	*Longo tempore*
He him þæs lean forgeald.	*Ille iis mutuum retribuit.*

II. / *II.*

Geweat þa neosian	*Discessit (grendel) speculatum*
Syþþan niht becom	*Postqvam nox occupaverat*
Hean huses	*Celsas ædes,*
Hu hit hring Dene	*Qvomodo fortes Dani*
Æfter beor wege	*Post cerevisiæ haustus*
Gebun hæfdon.	*Sese haberent.*
Fand þa þær inne	*Invenit ibi intus*
Æþelinga gedricht	*Heroum agmen*
Swefan æfter symble	*Dormire post symposium.*
Sorge ne cuþon	*Curas nesciere.*

Wonsceaft wera	*Attulit hominibus*
Wiht unhælo	*Spectrum luem*
Grim and grædig	*Ferum et vorax*
Gearo sona	*(Valde cito*
Wæs reoc and reþe	*Fiebat rabidum et furiosum)*
And on ræste genam	*Et in qviete sustulit*
Þritig þegna	*Triginta viros.*
Þanon eft gewat	*Inde post discessit*
Hu þe hremig	*Prædae inhians*
To ham faran	*Domesticas, redeundo*
Mid þære Wæl fylle	*Cum caedivis manubiis,*
Wica neosian	*Mansiones visitatum,*
Þa wæs on uhtan	*Fuit circa octavam*
Mid ærdæge	*Primo mane*
Grændles gud	*Grendelis numen*
Cræft gumum undyrne.	*Irretivit mortales aperte.*
Þa wæs æfter wiste	*Tunc fuit post epulas*
Wop up ahafen	*Clamor suscitatus,*
Micel morgen	*Magnus mane*
Sweg mære þeoden	*Sonuit. Gloriosus Dominus,*
Æþeling ærgod	*Princeps antea laetus*
Unblide sæt	*Tristis sedit.*
Þolode þryþ swyþ	*Pertulit cladem (fortes*
Þegn sorge dreah	*Ministri dolorem sentierunt)*
Syþþan hie wæs laþan	*Postqvam illi luis*
Last sceawedon	*Vestigia ostensa sunt.*
Wergan gastes	*Infamis spiritus*
Wæs þat gewin	*Erat id opus*

To strang laþ and langsum	*Nimis durum foedum et longum,*
Næs hit lengra	*Nec erat diu*
Fyrst acymb	*Qvin primum evenerit*
Ane niht	*Aliqva nocte*
Eft gefremede	*Post anteactam*
Mord, beala mare	*Cædem, malum majus,*
And no mearn	*At nullum signum*
Fore fæhþe.	*Praeivit inimicitias.*
And fyrene wæs	*Verum causa fuit*
To fæst on þam	*Nimium clara ejus rei*
Þa wæs eaþfynþe	*Facilis illi tum inventu*
Þe him elles hwær.	*Cum ubicunqve alias.*
Gerumlicor ræste	*Amplissimus (princeps) prorupit*
Bed æfter burum	*Arcescitus per conclavia,*
Þa him gebeacnod wæs	*Ubi illi significata fuit*
Gesægd soþlice	*Res dicta veris et*
Sweotolan tacne	*Claris indiciis*
Heal þegnes.	*Aulæ magistri,*
Hete heold hyne	*Increpuit domesticos*
Syþþan fyr and fæstor	*Postqvam procul et praeceps*
Se þæm feonde ætwand.	*Ab iis hostis elapsus esset.*
Swa rixode	*Ita rexit,*
And wiþ rihte	*Et late dominatus est;*
Wan ana wiþ eallum	*Pugnavit unus contra omnes,*
Oþ þæt idel stod	*Donec vacua staret*
Husa selest.	*Domorum felissima,*
Wæs seo hwil micel,	*Fuit magnum intervallum,*
Twelf wintra tid	*Duodecem hiemum tempus,*

Torn geþolode	*Iram toleravit*
Wine scyldenda	*Amicus Scyldingorum.*
Weana gehwelcne	*Mala qvævis*
Siþra sorga	*Gravissimorum dolorum*
For þam weard	*Ideo acciderunt*
Ylda bearnum	*Mortalibus*
Undyrne cuþ	*Palam nota*
Gyddum geomore	*Cantilenis tragicis.*
Þætte Grendel wan	*Hoc Grendel fecit*
Hwile wiþ Hrodgar	*Quum in Hrodgarum*
Hete niþas weg	*Odium scelesto modo*
Fyrene and fæhþe	*Facinora et inimicitias*
Fela missera	*Multis annis*
Singale sæcce.	*Continuo excitaverit.*
Sibbe ne wolde	*Pacem noluit*
Wiþ manna hwone	*Cum aliqvo homine*
Mægene Deniga	*Gentis Danicæ.*
Feorh bealo feorran	*Vitam cæde procul abactam*
Fea þingian ne	*Pecunia expiandam*
Þær witena wenan þeorfte	*Nulli hominum sperare licuit,*
Beohrtre bote	*Nec justam satisfactionem*
To banom folmum	*Pro amissis membris*
. . . . . ægleca	*. . . . . misere*
Ehtende wæs	*Perseqvebatur*
Deorc deaþ scua	*Tenebrosâ mors umbrâ*
Duguþe and geogoþe	*Senes et Juvenes*
Seomade and syrede	*Oppressos et coactos.*
Sin nihte heold	*Æterna nocte tenuit (Grendel)*

Mistige moras·	*Tenebrosos montes.*
Men ne cunnon	*Mortales nesciebant,*
Hwyder hel runan	*Unde salutem quærerent*
Hwyrſtum scriþad	*Ex mundo exulantem.*
Swa fela fyrena	*Tam multa scelera*
Feond mancynnes	*Hostis humani generis*
Atol angengea	*Faedus solivagus*
Oft gefremede	*Saepe commisit.*
Heardra hynþa	*Societatis scelestae*
Heoret eardode	*Custos incolit*
Sine fage sele	*Suas lucidas domus*
Sweartum nihtum	*Nigris noctibus,*
No he þone gif	*Ne inde ille si*
Stol gretan moste	*Ad thronum sistere cogeretur*
Maþ þum for metode	*Irato coram domino*
Ne his myne wisse	*Sua flagitia nota fiant.*
Þæt wæs wræc micel	*Hoc fuit damnum ingens*
Wine Scyldinga	*Amico Scyldingorum*
Modes bræcþa	*Animo fracto.*
Monig oft gesæt	*Sœpe ille convocavit*
Rice to rune,	*Principes ad consulendum,*
Ræd eahtedon	*(Concilium habitum fuit)*
Hwæt swiþ ferhþum	*Qvid fortibus viris*
Selest wære	*Salutare in primis esset*
Wiþ fær gryrum	*Contra inopinatos terrores*
To gefremmanne.	*Suscipiendum.*
Hwilum hie geheton	*Tandem vota fecerunt*
Æt hrærgtrafum	*Ad deorum tentoria*

Wig weorþunga
Wordum bædon
þæt him gast bona
Geoce gefremede
Wiþ þeoþ þreaum.
Swylc wæs þeaw hyra
Hedenra hyht
Helle gemundon
In mod sefan
Metod hie ne cuþon
Dæda demend
Ne wiston hie
Drihten god.
God ne hie huru
Heofena helm
Hercan ne cuþon
Wuldres waldend.
þa bid þam þe sceal
þurh sliþne niþ
Sawle bescufan
In fyres fæþm
Frofre ne wenan
Wihte gewendan
Wel biþ þæm þe mot
Æfter dead dæge
Drihten seccian
And to fæder fæþmum
Freoþþe wilnian.

Martem supplicibus
Verbis orarunt
Qvod eos spiritus bonus
Successu augeret
Contra publica damna.
Talis erat tunc
Gentilium mos.
Helam adorabant
Animo et mente.
Creatorem ignorabant
Factorum judicem,
Nec cognoverunt illi
Dominum Deum.
Deum nec qvomodo
Cælorum Rectorem
Laudare noverunt
Gloriæ mactum.
Igitur opta iis, (qvi coguntur
Propter fraudulenta scelera
Animam detrudere
In ignis sinum)
Solatium, ne exspectent
Diabolum adire.
Potius precare iis vicissim
Post mortis diem
Dominum qværere,
Et in sinu patris
Pacem flagitare.

III.

Swa þa mæl ceare
Maga Halfdenes
Singala sead ne mihte
Snotor hæleþ
Wean onwendan
Wæs þæt gewin
To swyþ laþ and langsum

Þe on þa leode becom
Nyd wracu niþ grim

Niht bealwa mæst
Þæt fram ham gefrægn
Higelaces þegn
God miþ Geatum
Grendles dæþa.
Se wæs moncynnes
Mægenes strængest
On þæm dæge
Þysses lifes
ÆÞele and eacen
Het him yþ lidan
Godne gegyrwan
Cweþ he guþ cyning
Ofer swan rade
Secean wolde

III.

Sic tunc loqvebatur sollicitus
Filius Halfdani
Continuo tristis. Non potuit
Heros prudens
Calamitatem avertere.
Fuit bellum
Nimis durum periculosum atqve longum
Qvod populum supervenit.
Inimicitiæ seqvebantur neqvitiam crudelem,
Nocte malorum maxima.
Ea domo rescivit
Higelaci satrapa
Celeber inter Gothos
Grendelis facinora.
Ille fuit humani generis
Virtute præstantissimus
Istis diebus
Hujus ævi.
(Rex) Nobilis et Augustus
Jussit (satrapam) mare transire
Bonis instructum (viris);
Dixit, belli dux
Ultra cygnorum vias
Convenire vellet

Mærne þeoden	*Inclytum principipem,*
Þa him wæs manna þearf	*Nunc qvi auxilii indigeret.*
Þone siþfæt him	*Mox itineri se*
Snotere ceorlas	*Fortes viri*
Lyt hwon logon	*E momento accinxere,*
Þeah he him leof wære	*Qvi illi cari erant.*
Hwetton hige forne	*Exacuerunt animo primum*
Hæl sceawedon	*Omen captando.*
Hæfde se goda	*Princeps bonus*
Geata leoda	*Gothicæ gentis*
Cempan gecorone	*Satellites elexerat,*
Þara þe he cenoste	*Qvos fortissimos*
Findan mighte	*Invenire potuit.*
Fiftena sum	*Qvindecem aliqvot*
Sund wudu sohte	*Lignis mare petiit.*
Secg wisaþe	*Rectorem constituit*
Lagu cræftig	*Maris gnarum,*
Mon land gemyrcu	*Fines terræ*
Fyrst forþ gewat	*Qvam primum reliqvendi erant.*
Flota wæs on ydum.	*Classis stetit in undis,*
Bat under beorge	*Cymba sub castello navis,*
Beornas gearwe	*Duces parati*
On stefn stigon	*In proras ascenderunt.*
Streamas wundon	*Undas torqvebat*
Sund wiþ sande.	*Mare ad littus.*
Secgas bæron	*Alii portarunt*
On barm nacan	*In sinum navis vacuum*
Beorhte frætwe	*Splendentes thesauros*

Gup searo geatolic	*Alii arma valde prætiosa*
Guman utscufon	*Virorum expedivere.*
Weras on wilsiþ	*Viri in iter exoptatum*
Wudu bundenne.	*Lignis destinatis*
Gewat þa ofer wægholm	*Discesserunt tunc super mare.*
Winde gefysed flota	*Ventus propulit classem*
Fann heals fugle gelicost	*Ventilabro sinuoso avi simillimam,*
Oþ þæt umb an tid	*Donec circa aliqvod tempus*
Oþeres dogores	*Secundi diei*
Wunden stefna	*Ornatæ proræ*
Gewaden hæfde	*Vadaverant.*
Þæt þa lidende	*Tunc navigantes*
Land gesawon,	*In terra aspexere*
Brun clif blican	*Fulvos clivos coruscare*
Beorgas steape.	*Urbis turres,*
Side sæ næssas	*Magna promontoria.*
Þa wæs sund liden	*Tunc erat mare superatum*
Eoletes æt ende	*Itineris ad finem.*
Þanon up hraþe	*Inde sursum alacer*
Vedera leode	*Æolica gens*
On wang stigon.	*In terram ascendit.*
Sæ wudu seldon	*Mari ligna tradiderunt viri,*
Syrcan hrysedon.	*Vela demiserunt,*
Gup gewædo	*Arma induebant,*
Gode þancedon	*Deo gratias egerunt,*
Þæs he him yþ lade	*Qvod iis navigatio*
Eaþe wurdon.	*Prospera obtigisset.*

Þa of wealle geseah	*Tunc e muro vidit*
Weard Scyldinga	*Excubitor Scyldingorum,*
Se þe holm clifu	*Qvi littus*
Healdan scolde	*Custodire debuit,*
Beran ofer bolcan	*Ferri super foris*
Beorhte randas	*Splendidum clypeis*
Fyrd searo fuslicu	*Exercitum valde alacrem.*
Hine fyrwyt bræc	*Ille ignes angaros accendit*
Mod gehygdum	*Animo sollicito,*
Hwæt þa men wærou.	*Qvinam homines essent.*
Gewat him þa to waroþe	*Discessit tunc ad littus*
Wie geridan	*Viam eqvitando*
Þegn Hrodgares	*Minister Hrodgari.*
Þrymmum cwehte	*Coram cohorte concussit*
Mægen wudu mundum	*Validis hastam manibus;*
Meþel wordum frægn.	*Conceptis verbis qvæsivit:*
Hwæt syndon ge	*Cujas estis vos!*
Searo hæbbendra	*Insidias struentes,*
Byrnum werepe	*Loricati viri,*
Þe þus brotne ceol	*Qvi sic qvassatam carinam*
Ofer lagu stræte	*Super humida strata*
Lædan cwomon	*Ducendo venistis*
Hiþer ofer holmas	*Huc per mare?*
Ic þæs ende sæt	*Ego eo fine sedeo*
And wearde heold	*Et custodiam teneo,*
Þæt on land Dena	*Ne regionem Danorum*
Laþra nænig	*Latronum ulli*
Mid scip herge	*Navali exercitu*

Sceþþan ne meahte	*Violare liceat.*
No her cuþlicor	*Nullus execitus talis*
Cumon ongunnon	*Venire ausus est*
Lid hebbende	*Naves habens.*
Ne ge leafnes word	*Non vos veniam*
Guþ fremmendra	*Belli potentium*
Gearwe ne wisson	*Bene noscitis*
Maga gemedu	*Nostratium datam.*
Næfre ic maran geseah	*Nunqvam majorem vidi*
Eorla ofer eorþan	*Ducem super terra,*
Þonne is eower	*Qvam est vester.*
Sum secgon searwum	*Qvidam dicunt, acutioribus,*
Nis þæt seld guma	*Nec id raro viros*
Wæpnum gewordad	*Armis donasse*
Næfre him	*Neminem magis qvam illum.*
His wlite leoge	*Ejus formæ splendori*
Ænlic ansyn	*Æqvalis vultus.*
Nu ic eower sceal	*Nunc ego vestrum volo*
Frumcyn witan	*Genus noscere*
Ær ge fyr heonan	*Anteqvam vos hinc*
Las scea weras	*Extranei homines*
On land Dena	*In terram Danorum*
furþur feran.	*Ulterius progrediamini.*
Nu ge feor buend	*Nunc vos procul dissiti*
Mere lidende	*Oceano allati*
Mine gehyraþ	*Meam auditis*
Anfealdne geþoht	*Simplicem opinionem:*
Ofost is selest	*Alacritas maxime expedit*

To gecydanne̅
Hwanon eowre
Cyme syndon.

IV.

Him scyld esta
Andswarode
Werodes wisa
Wordhord onleac
We synt gumcynnes
Geata leode
And Higelaces
Heord geneatas.
Wæs min fæder
Folcum gecyþed
Æþele ordfruma
Ægþeow haten.
Gebad wintra worn
Ær he on wæg hwurfe,
Gamol of geardum.
Hine gearwe geman
Witena wel hwylc
Wiþe geond eorþan
We þurh holdne hige
Hlaford þinne
Sunu Halfdenes
Secean cwomon

Respondendi,
Unde vestrates
Advenerint.

IV.

Illi scuti honos
Respondit
Exercitus dux
Thesaurum eloqventiæ aperiendo:
Nos sumus cognatione
Gothici viri
Et Higelaci
Familiares ministri.
Fuit meus pater
Populis notus
Nobilis natalibus
Ægthiofus vocatus.
Fluxit hiemum multitudo
Antequam ille in viam se converteret
Senex ex mundo.
Eum bene recordabitur
Sapientum qvivis
Late per orbem.
Nos fidis animis
Dominum tuum
Filium Halfdani
Visitatum venimus

Leod gebyrgean	*Populum defensuri:*
Wes þu us lare na god.	*Fuisti nobis doctrinâ haud bonus.*
Habbad we to þæm mæran	*Habemus ad illustrem*
Micel ærenþe	*Magna negotia*
Deniga frean,	*Danorum principem.*
Ne sceal þær	*Non debet*
Dyrne sum wesan	*Occultum qvid esse,*
Þæs ic wene þu wast	*Qvod supicor te scire,*
Gif hit is	*Si verum sit,*
Swa we soþlice	*Qvod nos certe*
Secgan hyrdon.	*Dici audivimus;*
Þat mit Scyldingum	*Qvod inter Scioldungos*
Sceaþo ic nat hwilc	*Latrones, nescio qvi*
Deogol dæd hata	*Diabolicis artibus patrarunt,*
Deorcum nihtum	*Tenebrosis noctibus*
Eaweþ þurh egsan	*Sane per terrorem,*
Uncuþne niþ	*Improvisam neqvitiam*
Hynþu and hrafyl	*Vim, et rapinam.*
Ic þæs Hrodgar mæg	*Ego Hrodgarum potero*
Þurh rumne sefan	*Animo deliberato*
Ræd gelæran	*Consilium docere,*
Hu he frod, and god	*Qvomodo illi sapienti et bono*
Feond oferswyþeþ,	*Hostem superare liceat,*
Gyf him edwendan	*Si hic forsan redire*
ÆEfre scolde.	*Iterum præsumserit.*
Bealuwa bisigu	*Injuriæ oportet*
Bot eft cuman	*Satisfactionem comitem esse,*
And þa cear wylmas	*Et tunc querelarum æstus*

Colran wurþaþ.	*Tranqvillior fiet;*
Oþþe a syþþan	*Donec tandem*
Earfoþ þrage	*Duro rerum ordine fuerit*
Þrea nyd þolaþ	*Afflictio necessaria exhausta.*
Þenden þar wunaþ	*Abinde manebit*
On heah stede	*Vicissim e vestigio*
Husa selest.	*Aula felicissima.*
Weard maþelode	*Custos dixit,*
Þær on wicge sæt	*Qvi in specula sedit,*
Ombeht unforht	*(Ministrum impavidum*
Æghwædres sceal	*Utrumqve decet*
Scearp scylþwiga	*Fortem scutiferum,*
Gescad witan	*Caute instituere*
Worda and worca	*Verba et actiones*
Se þe wel þenced.	*Qvi vult bene rem gerere.)*
Ic þæt gehyre	*Ego id audio*
Þæt þis is hold weorod	*Quod sitis amicum agmen*
Frean Scyldinga	*Principi Scyldingorum*
Gewitaþ forþ beran	*Procul advectum, oblatum*
Wæpen and gewædu	*Arma et apparatum.*
Ic eow wisige.	*Ego vobis dico:*
Swylce ic magu	*Eodem ego qvo con-*
Þegnas mine hate	*Cives mei odio flagramus*
Wiþ feonda gehwone	*In hostes qvoslibet.*
Flotan eowerne	*Classem vestram*
Niw tyrwydne	*Recenti pice obductam*
Nacan on sande	*Nuda prope litora*
Arum healdan	*Remis tenete*

Oþ þæt eft byreþ	*Donec olim secundabit aura*
Ofer lagu streamas	*Per pelagi fluctus*
Leofne mannan	*Amicorum virorum*
Wuþu wunden	*Ligna, tortis*
Hals to wedermarce	*Alis ad petalum.*
God fremmendra	*Deus successum*
Swylcum gife þe.	*Ejusmodi det tibi.*
Biþ þæt þone hilde ræs	*Utinam igitur fortuna cursum*
Halge diged.	*Sancta prosperet.*
Gewiton him þa feran	*Cessarunt tunc (advenæ) procedere,*
Flota stille bad	*Classis qvieta iacuit*
Seo modo on sole	*Maris pertæsa in salo.*
Siþfædmed scip	*Sinuosæ naves*
On ancre fæst	*Anchoris firmatæ,*
Eoferlic scionum	*Pulcræ visu,*
Ofer hleor beran	*Superficie tota*
Gehroden golde	*Ornatæ, auro*
Fah and fyr heard	*Fulgidæ et ardentes: fortes*
Ferch wearde heold.	*Pectore excubias agebant*
Guþ mod grummon.	*Animo hostibus minace.*
Guman onetton	*Milites festinarunt;*
Sigon æt somne	*Nitebantur una,*
Oþ þæt hy æl timbred.	*Donec omnes instruxerint*
Geatolic and gold fah	*Pulcras et auro coruscantes*
On gyton mihton.	*Qvoad cognoscere licuit.*
Þæt væs fore mærost	*Tales visæ plurimis*
Foldbuendum	*Tericolis*

4

Receda under roderum
On þæm se rica bad
Lixte se leoma
Ofer landa fela.
Him þa hilde deor
Of modigra
Torht getæhte
þæt hie him to mihton
Gegnom gangan
Guþ beorna sum
Wicg gewænde.
Word æfter cwæd
Mælis me to feran
Fæder alwolda
Mid arstafum.
Eow ic gehealde
Siþa gesunde.
Ic to sæ wille
Wiþ wraþ werod
Wearde healdan.

Ædes sub coelo,
Ponti chara pignora.
Splendebat ille fulgor
Super regiones multas.
Suos deinde bellonæ amicus,
Heroum
Decus docuit,
Quid oporteret
Perficere
Milites qvosdam
Prœliis adsvetos.
Demum addidit:
Opus est mihi invisere
Patrem omnipotentem
Cum caduceo.
Vos utinam habeam
Socios salvos.
Ego versus mare volo
Contra hostes firma
Custodia teneatur.

V.

Stræt wæs stan fah
Stig wisode
Gumum æt gædere
Guþ byrne scan
Heard hand locen
Hring iren scir

V.

Stratum lapidibus politum
Viam monstravit
Viris una euntibus.
Bellica lorica splenduit
Duræ adstricta manui
Annulo. Ferrum politum

Song in searwum	*Sonuit super arma,*
Þa he to sele	*Ubi in conclavia*
Furþum in hyra	*Progressi cum*
Gryre geatawum	*Stridore per portas*
Gangan cwomon.	*Eundo venerunt*
Setton sæmeþe	*Posuere maris pertæsi*
Side scyldas	*Latos clypeos*
Rondasregn hearde	*Scutorum pluvia duri*
Wid þæs recedes weal.	*Ad aulæ parietem.*
Bugon þa to bence	*Inclinarunt se tunc versus sedilia;*
Byrnan hringdon	*Loricas concusserunt*
Guþ searo gumena	*Bellica fortium vestimenta.*
Garas stodon	*Tela steterunt*
Sæmanna searo	*Nautarum acuta*
Samod æt gædere	*Collecta in unum*
AEsc holt ufan græg	*Fraxino superne glauca,*
Wæsse iren þreat	*Acutus chalybs noxam*
Wapnum gewurþad	*Minabatur armis.*
Þa þær wlonc hæleþ	*Tunc splendidus heros*
Oret magas	*Athletas*
AEfter hæleþum frægn.	*Rogavit fortes.*
Hwanon fere ge ad	*Unde venistis*
Gefætte scyldas	*Muniti scutis,*
Græge syrcan	*Glaucis loricis,*
And grim helmas	*Et trucibus galeis,*
Heresceafta heap	*Telis multiplicibus?*
Ic eom Hroþgares	*Ego sum Hrodgari*
Ar and ombiht.	*Nuntius et procurator.*

Ne seah ic	*Non vidi ego*
Elþeodige	*Exteros*
Þus manige men	*Tam multos viros*
Modiglicran.	*Magis superbos.*
Ven ic þæt ge	*Spero, qvod vos*
For wlenco na	*Neqve ob superbiam*
Læs for wrec siþum	*Nec propter scelera,*
Ac for hige þrymmum	*Sed ob gravia negotia*
Hroþgar sohton.	*Hrodgarum visitetis.*
Him þa ellen rof	*Illi tunc animosus dux*
Andswarode	*Respondit:*
Wlanc wedera leod	*Elata AEolica gens*
Word æfter spræc	*Verba repetiit*
Heard under helme.	*Fortis sub galea:*
We synt Higelaces	*Nos sumus Higelaci*
Beod geneatas.	*Domestici.*
Beowulf is min nama	*Beowulfus est meum nomen,*
Wille ic asæcgan	*Cupio exponere*
Sunu Halfdenes	*Edito Halfdano,*
Mærum þeodne	*Illustri Regi*
Min ærende.	*Meum negotium*
Aldre þinum	*Domino tuo,*
Gif he us	*Si ille nobis*
Geunnan wile	*Permittere velit,*
Þæt we hine swo godne	*Qvod nobis ita eum divum*
Gretan moton.	*Salutare liceat*
Wulfgar maþelode	*Wulfgarus regessit:*
Þæt wæs Wendla leod	*Ille erat gente Wendelicus,*

Wæs his mod sefa	*Erat ejus animi*
Manegum gecyþed.	*Multis nota*
Wig and wisdom:	*Fortitudo et prudentia:*
Ic þæs wine Deniga	*Igitur amicum Danorum*
Frean Scyldinga	*Dominum Scyldingorum*
Frinan wille	*Certiorem facere volo*
Beaga bryttan	*Annulorum datorem*
Swa þu bena eart,	*Quæ tua sit petitio*
Þeoden mærne	*Regi glorioso (oblata)*
Ymb þinne siþ.	*De tuo itinere;*
And þe þa andsware	*Et te responsum*
Ædre gecydan	*Illico docebo,*
Þe me se goda	*Quod divus mihi*
Agifan þenceþ.	*Dare decreverit.*
Hwearf þa hrædlice	*Avolavit (Wulfgarus) cito*
Þær Hroþgar sæt	*Ubi Hrodgarus sedit*
Eald and unhar	*Senex et comam canus*
Med his eorla gedriht.	*Cum satraparum cœtu.*
Eode ellenrof	*Ivit animo fortis*
Þe he for eaxlum gestod	*Usqve dum pone humeros staret*
Deniga Frean	*Danorum Domini:*
Cuþe he duguþe þeaw.	*Agnovit ille fidelem ministrum.*
Wulfgar maþelode	*Wulfgarus alloqvebatur*
To his, wine driht	*Amicum sibi agmen:*
Nu her syndon geferede	*Nunc hic advenere*
Feorran cumene	*Ex longinqvo, allati*
Ofer geofenes	*Super maris*
Begang Geataleode	*Vias Gothici viri.*

Þone yldestan
Oret mecgas
Beowulf nemnaþ
Hy benan synt
Þat hie þeoden min
Wiþ þe moton
Wordum wrixlan
No þu him wearne
Geteoh þinra
Gegncwida glædnian.
Hroþgar hy
On wig getawum
Wyrþe þinceaþ
Eorla ge æhtan
Huru se aldor
Þeah se þem
Heaþo rincum
Hiþer wisade.

Præfectum
Heroes
Beowulfum nominant.
Orant,
Qvod illi domine
Cum te liceat
Verba conserere.
Ne tu illi deneges
Rogatus tuis
Responsis eum hilarare.
Hrodgare!
De bello parando
Si evenerit, cogita.
Vos satrapæ considerate
Qvid principi
Dignum sit, qvi istos
Nobiles viros
Huc legavit.

VI.

Hroþgar maþelode
Helm Scyldinga
Ic hine cuþe
Cniht wesende
Wæs his ealdfæder
Ecgþeo haten
Þæm to ham forgeaf

VI.

Hrodgarus respondit
Protector Scyldingorum:
Ego eum nosco
Eqvitem esse.
Ejus pater fuit
Ecgtheous appellatus.
Illi desponsavit

Hreþel Geata	*Rex Gothorum*
Angan dohtor	*Unicam filiam.*
Is his eafor an	*Ejus filius unus*
Nu heard her comen	*Nunc fortis hic venit*
Sohte holdne wine.	*Visitatum fidos amicos.*
Þonne sægdon	*Relatum est*
Þæt sæ liþende	*Vectum pelago*
Þa þe gifsceattas	*Dona prætiosa*
Geata fyredon	*Gothorum ferentem*
Þyder to þance	*Grate accipienda*
